



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 101. Diversæ S. Congregationum decisiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. A. C. 1662. nistrantium infirmis tam in publicis quam privatis functionibus præferantur Laicis, etiam antiquioris professionis.

## §. CI.

*Diversæ S. Congregationum decisiones.*

*Decif. S.  
Congr. rit.*

Exorta contentione circa prærogativam inter Maceratensem Provinciæ Governatorem & Urbis Episcopum S. Rituum Congregatio die primo Aprilis decidit, quod Governatori, nisi sit Legatus a Latere, non competat Sedes cum Baldachino, & folio, proin Episcopus eo præsentē in nullo loco Diæcesis debeat a Benedicendo populo abstinere, nec etiam extra Diæcesim degens Governatori primas cedere, minus vero eidem ad Cathedralē venienti obviam ire, aut abeuntem comitari teneatur, Governator vero ab Episcopo Candelam & Palmam etiam cum osculo manus accipere, & Magistratus, Governatore tum præsentē tum absente, consueta obsequia Episcopo præstare obstringatur, satis tamen sit, si duo Canonici Governatorem excipiant, & ad Ecclesiæ portam comitentur. Decrevit etiam præfata die eadem Congregatio, quod Regulares



lares teneantur quidem celebrare Fe-  
 stum de dedicatione Cathedrali, sed  
 duntaxat sub ritu duplici secundæ  
 classis & sine octava. Petitum quoque  
 fuit declarari, an Episcopus possit sta-  
 tuere diem Dominicam ad celebran-  
 dum festum, Officium & Missam cujus-  
 dam S. Martyris, de quo asservatur in-  
 signis Reliquia in Ecclesia, & an Ti-  
 bia sit insignis Reliquia? ad primum  
 respondit eadem S. Congregatio, ne-  
 gando, nisi Reliquia sit de sancto, qui  
 habetur in Martyrologio Romano &  
 constet de identitate Reliquiæ ejusdem  
 sancti; ad secundum pariter respondit  
 die tertia Junii negative. Die autem  
 vigesima sexta Junii declaratum, quod  
 Abbates Pontificalia etiam extra eorum  
 Ecclesiam exercere valeant, si de ejus-  
 modi privilegio constet. Denique S.  
 Concilii Congregatio decidit, quod  
 Episcopus in primo ingressu visitationis  
 Episcopalis Regulares compellere ne-  
 queat, ut processioni cum Clero sæcu-  
 lari pro hujusmodi ingressu specialiter  
 indictæ intersint.

## §. CII.

*Synodi Coloniensis decreta.*

Hoc item anno Maximilianus Henri-  
 cus Coloniensis Archiepiscopus at-  
 que

Y y 3

que

Sæc. XVII.  
 A. C. 1662.